



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
DE FAMILIAE
ERCISCVNDAE ET COM-
MVNI DIVIDVNDV IV-
DICIIS.

QVAS AVSPICE CHRISTO, PRAESI-
DIBVS CLARISS. CONSVLTISSIMISQVE VIRIS
D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-
landt, SS. LL. Licent. Dictatore, & Fisco, in egregio
inclytæ Colonienfis Academix Iuridico
Collegio publicè de-
fendet

GVILHELMVS PABSTIVS.

XVIII. Iulij. CIJ. IC. XCI.



COLONIAE AGRIPPINAE Gg
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

THESES
DE FAMILIAE

ERICI SCOVINAE ET COM-

MUNI DIVIDENDO IV-

DICIS

QVAE AVSPICE CHRISTO. PRAESI-

DIVS CLARISS. CONSULTISSIMOQUE VIRIS

D. Joanne Michaelis Cronenburgero & D. Joanne Hol-

landt, SS.L.L. licent. Doctoris, & Fisco, in egregio

Inst. et Colonien. Academiæ Juridicæ

Collegio publico de-

tenbet

GAILHELMVS PABSTIVS

XVII. Iulij. MDCCCL.



EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.
COLONIAE AGRIPINAE

CONTINVATIO.

Diore diuisorio itemq̄ mixto iudicio fines agrorum cōfusi forte vel obscurati quemadmodum disterminentur vidimus: re-
Et igitur nunc reliqua eandem causam habentia, prius Familia erciscunde, de hereditate, alterū Communi diuidundo, de rebus particularibus Communibus & q. confusis diuidendis prosequimur.

THESIS I.

Iudicium Familiae erciscundae est Ciuile, (a) mixtum, (b) duplex, (c) bonafidei, (d) vniuersale, (e) & perpetuum, (f) coheredibus de diuidenda hereditate communi competens, (g) Hereditatis autem appellatione non ius, (h) sed pecuniam hereditariam intelligimus. (i)

(a) l. 1. ff. h. t. (b) § quaedam. 20. Instit. de actionib. (c) l. 2. § in familiae. 3. l. inter. 44. §. qui familiae. 4. ff. h. t. (d) §. actionum. 28. Instit. de actionib. l. non est. 9. C. h. t. (e) l. si filia, 20. §. familiae, 4. l. in hoc. 27. ff. h. t. (f) l. si familiae, 48. ff. & l. 2. C. h. t. V. Vef. in parat. nu. 7. ff. h. tit. (g) d. §. quaedam, l. 1. in fi. & l. 2. in prin. ff. h. t. (h) quod indiuiduum est, l. 1. de rer. diuis. Cuiac. in parat. h. t. (i) l. 1. in princ. ff. h. t. DD. in d. §. quaedam, Instit. de actionib.

II.

Estq̄ hoc iudicium vel Directum, vel Vtile. (a) Illud iuris ciuilibus heredibus aduersus coheredes, siue ex testamento siue ab intestato sint, datur: (b) hoc bonorum possessoribus, (c) heredibus fideicommissarijs, (d) arrogato cui quarta ex constit. D. Pij defertur, (e) ceterisq̄ successoribus honorarijs qui vicem heredum obtinent, aduersus bonorum possessores & c. competit. (f)

(a) l. 2. ff. h. t. (b) d. l. 2. l. qui erat, 49. v. nam vt fam. ff. h. t. (c) l. 24. §. 1. ff. h. t. (d) d. l. sed & eius, 24. §. 1. l. si ex affe. 40. h. t. (e) d. l. 2. §. 1. cod. (f) d. l. sed & eius, & l. si ex affe. 40. h. t. V. Vef. in parat. nu. 4. cod.

III.

Nec refert proprio an successionis iure heredes sint; (a) modò id obseruetur vt si dū hoc iudicio agitur, vnus ex litigatoribus pluribus heredibus relictis decesserit, iudicium aut omnes heredes accipiant, aut vnum procuratorem in quem omnium nomine agatur, constituent. (b)

(a) l. per familiae. 2. V. Vef. in parat. nu. 4. h. t. (b) l. si familiae, 48. h. t. l. licet. 42. §. si plures. 6. de procuratorib.

IIII.

Qui autem coheres non est, vel esse negatur nihil hoc iudicio consequitur: (a) sed petitione hereditatis de iure hereditario prius agendum est. (b)

(a) l. 1. in fine. l. & puto, 16. §. sed & si, 4. l. fundus, 51. §. 1. ff. h. t. l. 1. §. 1. si pars hered. petatur. (b) d. l. 1. & l. si fundus. 51. in fine, h. t.

V.

Quemadmodum verò vel inter omnes vel inter pauciores heredes ex pluribus ceteris inuitis

inuitis vel ignorantibus, hoc iudicium rectè accipitur: (a) ita etiam de pluribus hereditatibus quæ inter eosdem ex diuersis causis communes sunt, vnum familia exerciscunda iudicium sumi, (b) vel de vna tantum agi potest. (c)

(a) l. 2. §. dubitandum, 4. l. arbitrum, 43. ff. h. t. Cuiac. 9. obseruat. 14. argum. l. 36. de reg. iur. (b) l. heredes, 25. §. de pluribus, 3. ff. h. t. (c) d. l. 25. §. item si plures, 5. eodem.

V I.

Veniunt in hoc iudicium Res & Præstationes. (a) Res tam mobiles quam immobiles, siue in hereditate inuenta, siue eius occasione acquisita sint, (b) etiã aliena: (c) modo periculo hereditatis, (d) vel bona fide possessa fuerint. (e) Nisi illa ante à iure, (f) vel ab homine, (g) diuisa sint: vel etiam natura, (h) aut Lege de iudicio deducantur. (i) Quaedam vt diuidantur, quedam vt in solidum adiudicentur. (k)

(a) l. Item Labeo. 22. §. familia, h. t. (b) l. veniunt, 9. cum seqq. h. t. (c) l. item prædia. 10. eod. (d) l. si pignori. 29. vbi Costal. h. t. l. & non 19. de hered. pet. (e) d. l. item prædia, h. tit. (f) vt sunt nomina, l. 2. §. fin. l. 4. l. heredes, 25. §. 1. h. t. l. ea quæ 6. C. eod. (g) l. quæ pater. 32. l. fin. h. t. l. r. l. filij, 16. & l. fin. C. eod. (h) vt sunt Incorporalia: Etsi commoditas eorum diuisionem recipiat, l. Lucio 4. cum l. seq. de aq. quot. & estiu. (i) l. 4. §. 1. h. t. (k) §. si familia. 4. cum seq. Instit. de offic. iud. l. si pignori. 29. & seq. h. t. l. 7. Com. diuid.

V I I.

Vnde res deposita, commodata, pignorata, (a) sub conditione legata, (b) ab heredibus vsuapta, (c) litigiosa, (d) vt & illa quæ apud hostes sunt; (e) Item prædia vectigalia & superficiaria hoc iudicio continentur. (f) Libri verò magici, mala medicamenta & venena, (g) loca religiosa, (h) acquisita illicitè, (i) speciali titulo possessa & præcipua ab eodem arcentur. (k)

(a) l. si pignori, 29. ibi Costal. h. t. (b) l. Et post 12. §. res quæ, h. t. (c) l. veniunt, 9. eod. (d) l. vlt. ad fin. C. de litigiosis. Nouel. de litigios. 112. c. 1. (e) l. item Labeo. 22. in fine. h. t. l. pen. Com. diuid. (f) l. item prædia. 10. h. t. (g) l. cetera 4. h. t. (h) l. fundus, 30. eod. (i) d. l. 4. (k) l. fundus, 51. l. heredes 25. §. 6. & 7. ff. h. t. l. 2. C. eod.

V I I I.

Præstationes quæ in hoc iudicium veniunt trium sunt generum. Fiunt enim aut lucri, aut damni, aut impensarum nomine. (a) Lucri, vt si quid ad aliquem ex re communi peruenit, id ceteris communicetur. (b) Damni, vt si quid in rebus hereditarijs dolo vel culpa coheredis acciderit, id ceteris pro virili sarciatur. (c) Impensarum, vt si quæ in res hereditarias ob necessitatem suæ partis facta sunt ei præstentur: (d) atque ex hac causa actio Neg. gest. cum hoc iudicio non concurrat. (e)

(a) l. in communi, 3. Commu. diuid. (b) l. item, 19. l. item Labeo, 22. l. non solum, 56. ff. l. non est, 9. l. coheredibus, 17. C. h. t. (c) l. & puto, 16. §. sed etsi 4. l. heredes 25. §. non tantum 16. ff. & l. aduersus, 3. l. incerti, 19. C. h. t. (d) l. his consequenter, 18. §. 3. d. l. 25. §. si vnus, 15. l. ex parte, 39. h. t. (e) l. eius qui. pen. ff. si cert. pet. vbi Cuiac. ad Afric. tract. 8 l. Fistulas 78. §. pen. de contrah. empt. l. si quis, 6. §. siue autem. 2. Commu. diuid. l. si communes, 40. de negot. gest.

V I X.

Damno autem commisso simpli habenda æstimatio est. (a) Impensarum quas quasi in rem suam, quæ communis erat, quis fecit, ex huius iudicij æquitate retentio est. (b)

(a) l. damno.

(a) l. damno, 17. h. t. (b) l. in hoc iudicium 14. §. 1. & l. si quis 29. ff. communi diuid. Zaflus
in parat. n. 11. d. tit.

X.

Cumq³ iudicis officium hinc sit latissimum, (a) in primis pactis partium seruatis, (b) ne
quid indiuisum relinquatur videbit. (c) Quod si quarundam rerum diuisio tam difficilis
sit, vt penè impossibilis esse videatur, vni res omnes adiudicabit, cumq³ alteri certa pecu-
nia condemnabit: (d) ita vt vniuersa res non singularum partes aestimentur. (e) Quan-
doque etiã pluribus eandẽ adiudicabit, si scilicet pluribus vnius rei praeceptio relicta sit. (f)

(a) l. 1. l. heredes 25. passim. & t. h. t. §. si familiae 4. & seq. Inst. de offic. iud. (b) l. in comu-
ni 3. §. 1. Com. diuid. (c) d. l. heredes, §. Iudex 20 h. t. (d) l. si familiae 55. ff. h. t. §. eadem 5. Inst.
de off. iud. (e) l. Mæuius 52. §. fin. h. t. (f) l. item Labeo 22. §. 1. h. t. Cuiac. 22. obf. 39.

XI.

Quod ita alicui adiudicatum fuerit, id statim fit eius cui adiudicatum est. (a) Nisi fue-
rit alienum: tunc enim vsucapiendi transfertur conditio. (b)

(a) §. fin. Inst. de offic. iud. vbi VVesemb. ad Schneid. (b) Myns. & VVes. d. §. fin. textus in
l. si per errorem 17. de vsurp. & vsucap. l. 3. in fine. de Public. in rem act.

XII.

Interim de Euietione his quibus adiudicat cautionem praestari iubebit Iudex; (a) &
quod omnibus vtilissimum est vel quod litigatores malint sequetur. (b) Vnde nonnunquam
debita & credita singulis pro solido, alijs alia attribuere solet. (c)

(a) d. l. heredes 25. §. item curare 21. ff. l. si familiae 14. C. h. t. (b) l. iudicem 21. Com. di-
uid. l. possessionem 11. C. Com. vtriusque iud. (c) l. plane 3. vbi Costal. h. t. l. si idem 11. in fi-
ne, de iurisdictione.

XIII.

Curabit etiam, ne testatoris voluntas intercidat, (a) de praelegatis cognoscet eaq³ tue-
bitur, (b) & vt tab. testamenti cautionesq³ hereditariae apud eum qui maiore ex parte
heres est, maneant, praecipiet; ceteri descripta & recognita exempla habeant, cautione in-
terposita vt cũ res exegerit ipsa exhibeantur. (c) Si verò aquis ex partibus heredes sint,
neq³ aquid quem sint inter eos conueniat, in ade sacra deponenda sunt, nisi sorte res diri-
matur vel consensu apud quem sint eligatur. (d)

(a) l. his consequenter 18. §. 2. ff. l. filij 16. l. si cogitatione 21. C. h. t. (b) l. si ita 42. h. t. (c) l.
cetera 4. in fine. cum l. seq. Et l. Pomponius 8. h. t. (d) d. l. cetera cum seq.

XIV.

Adiudicationes Prator tuebitur exceptiones vel actiones dando, (a) ita vt ne à puta-
tuo quidem herede res adiudicata & tradita repetatur: (b) nisi tab. testamenti nondum
inspectis factum fuerit, (c) vel visa falsi arguantur. (d)

(a) l. inter 44. §. si familiae 1. h. t. (b) l. cũ putarem 36. h. t. argum. l. res iudicatae 2. & l. sub
specie 4. C. de re iudicata. (c) l. de his 6. de transactionib. l. 1. §. 1. testam. quemad. aper. Co-
stal. d. l. cum putarem. (d) l. 1. C. si ex falsis instrumentis &c.

XV.

Hereditate equaliter diuisa merito possessionis euietia detrimentum coheres pro parte
te agnoscere actione praescriptis verbis compelletur. (a) Nisi quis scienter rem alienam
Euietioni suppositam acceperit. (b)

(a) l. si

(a) l. si familiae, ubi glos. C. h. t. l. si cū venditor. 66. §. fin. de Euct. l. si fratres 7. C. Com. vtriusque iud. (b) d. l. si fratres, in fine. l. si fundum 27. C. de Euct. ionib.

XVI.

In diuisione verò à testatore facta de Euct. ione non potest agi; (a) nisi testator singulis filiis ius integrum praestari voluerit, (b) vel assignata portio cedat in legitimam. (c)

(a) l. ex parte 39. §. fin. h. t. l. cum pater 77. §. Euct. is 8. de legat. 2. (b) argum. l. si res 57. de legat. 1. l. si paterfam. 33. h. t. (c) l. scimus. 36. C. de inoffic. testam. l. si cogitatione 21. C. h. t. l. heres 72. ad 5C. Trebel.

XVII.

Vsq. aded enim sanctum vltimum patris Elogium est, vt quibuscunque verbis diuisionem etiam inaequaliter representet, omnimodo custodiendum sit, (a) ordinationis licet solennitatibus destituatur. (b) Quae indiuisa huiusmodi elogio, (c) vel extraneis relicta sunt, ad singulos pro hereditaria portione pertinebunt. (d)

(a) l. si filia 20. §. si pater 3. ff. l. quotiens 10. d. l. si cogitatione. C. h. t. (b) l. filij 16. & l. inter oēs. ff. C. h. t. c. i. Nouel. de testam. imperf. à parent. 107. (c) nisi res datas sequatur l. quae pater 32. ff. h. t. l. inter filios 11. d. l. si cogitatione 21. C. eod. (d) l. hac consultissima 21. §. Ex imperfecto 1. C. de testamentis, l. fin. C. h. t. Vaudus var. quaest. lib. 1. c. 27. V. Gail 2. obs. 12.

XVIII.

Priuata similiter inter fratres diuisio, quae vt maior diuidat minor eligat pluribus in locis fieri consuevit, (a) fauoris habet plurimum, nec reuocanda est: (b) Nisi vel atatis intercedat auxilium, (c) vel enormissima lesio, quo casu etiam maioribus subuenitur. (d)

(a) Costal. l. 1. h. t. Cuiac. 13. obs. 24. V. Vef. in parat. n. 6. h. t. (b) l. fin. ff. h. t. l. non ideo 14. C. eod. l. si maior. 4. Com. diuid. (c) d. l. fin. & d. l. si maior, l. i. C. si aduersus transact. (d) l. 2. C. de rescind. vendit. l. Lucius 38. h. t. DD. in l. maioribus 3. C. Com. vtri. iud.

XIX.

Verum si diuisio bonorum fideicommissis ei qui superuixerit relictorum fiat, an per illam remissum vel sublatum fideicommissum sit, grauis & utilis DD. quaestio est? Et negatibus, etiamsi partes nihil se contra diuisionem facturos cauerint vel iurauerint, accedimus.

propter l. cum pater. 77. §. hereditate 4. l. Imperator, §. fin. & l. seq. de legat. 2. l. qui cū tutoribus 9. in fine de transact. l. vlt. C. de non nun. pec. Gail. 2. obser. 139. Menoch. 3. praesumpt. 115. nu. 22.

XX.

Expirat hoc iudicium semel intentatum, nec nisi grauisima de causa repetitur. Quod si quaedam res indiuisae relictae sint, Communi diuidendo de his agi potest.

l. si filia 20. §. familiae, ff. h. t. Paulus 1. sentent. 18.

DE IUDICIO COMMUNI DIVIDENDO.

XXI.

Communi diuidendo iudicium similiter civile, (a) mixtum, (b) duplex, (c) bonae fidei, (d) & perpetuum est, (e) quo ad rerum particularium communionem dirimendam agimus. (f) Communionem non naturalem & publicam, quando illa in simplicitate naturali remanet; (g) sed priuatam & civilem existimabis. (h)

l. l. (b)

(a) quodd

(a) quod vel ex nomine liquet. (b) §. quædam. Instit. de actionib. (c) l. 2. §. 1. h. t. l. inter coheredes 44. §. qui familiæ 4. famil. ercisc. (d) §. actionum 28. Inst. de action. l. 4. §. hoc iudicium 2. h. t. (e) d. l. 4. §. sicut 3. plurima. n. hoc iudicium cum superiore habet communia (f) d. §. quædam. (g) de qua in l. 2. de rer. diuis. (h) l. cū pater. 77. §. dulcissimis 20. de legat. 2. Oldendorp. 4. act. 22.

XXII.

Nec quicquam refert ex societate sit illa vel sine societate: nam utroque casu huic iudicio locus est. (a) Nemo enim in communione, cum illa discordiam pariat, (b) inuitus retinebitur. (c)

(a) l. nihil interest 2. h. t. §. item si inter 3. de oblig. quæ q. ex contractu nasc. (b) d. l. cum pater, §. 20. de legat. 2. l. in re com. 26. de seruit. urb. præd. (c) l. fin. C. h. t.

XXIII.

Vt igitur hoc iudicium sine eodem, ita ex duobus illis, quibus superius, rerum diuisione & personalibus præstationibus constat. (a) Vnde in hoc idem quod in illo, cum de ad iudicatione, tum de condemnatione mutua seruabitur. (b)

(a) l. in communi 3. in princ. & l. seq. §. sicut autem 3 ff. l. 3. & 4. C. h. t. (b) d. §. quædam in fin. §. eadem 5. Instit. de offic. iud. l. Communi 7. in princ. & §. inter eos 12. h. t.

XXIV.

Veniunt in hoc iudicium et tantum res quarum dominium habemus; non tamen hereditas. (a) Corporales quidem directò: (b) Incorporales verò, vt & cetera ex iusta causa bona fide possesse, vtiliter. (c)

(a) l. per hoc 4. h. t. l. inter coheredes. 44. famil. ercisc. l. quibus 34. pro socio. (b) d. l. per hoc. VVef. in parat. nu. 3. h. t. (c) l. Lucio 4. de aq. quot. & æstiu. l. communi. §. si duo 6. l. arbor 19. §. fin. h. t. d. l. 7. §. 2. & 3. l. 2. pro Emptore.

XXV.

Ideoq; Colonis, inquilinis, depositarijs, (a) iniuste vel precario possidentibus hoc iudicium non competit. (b)

(a) d. l. communi diuidendo, §. neque 11. h. t. (b) d. l. com. diuid. §. inter prædones 4. & seq. Cuiac. in parat. C. cod.

XXVI.

Pactis partium vt in superiore ita & hoc iudicio stabitur: (a) non his quidem ne omnino diuisio fiat, quod cum nulla societatis in æternum cõitio sit, (b) nullas vires habet. (c) Sed illis vt ad certum tempus in communione sint, (d) Et ceteris bona fide iuris. (e)

(a) l. in communi 3. §. 1. h. t. (b) l. nulla 70. pro socio. (c) l. in hoc iudicium 14. §. si conueniat 2. h. t. vbi Costal. (d) prox. d. l. & §. Oldendorp. clas. 4. actione 22. (e) d. l. in communi diuidendo. §. 1. h. t.

XXVII.

Vtrum verò vel testator vel longissimū tempus æternam communionem inducere possit, dubitari potest? Et neq; testatorem, (a) neq; longissimum tempus, modò vterque possideat hoc posse existimo. (b) Si alter tantum possideat, actioni præscriptum esse censeo. (c)

(a) propter l. 14. §. si conueniat 2. vbi Costal. h. t. l. fin. C. cod. argum. l. nemo potest 52. de legat. 2. (b) Costal. l. 1. famil. ercisc. Bart. in l. si non sortem 26. §. si centum 6. de condict. in deb.

deb. & l. fin. C. h. tit. (c) Oldendorp. clas. 3. act. 8. in fine per l. 1. §. 1. C. de annali Except. vbi Cuiac. in parat.

XXVIII.

Ceterum si diuisio neq₃ per testes, neq₃ per instrumenta probari queat, anne longum tempus, communionem esse dissolutam probabit? Et probare, rebus separatim & aequaliter possessis, magis est.

l. si maior. 4. & ibi gl. C. h. t. DD. in l. si filius 10. C. de petit. hered. l. qui in aliena 6. §. sed etsi 3. de acquir. hered. Zasius in §. quædam num. 12. Instit. de action. Menoch. 3. præsumpt 60.

XXIX.

Hoc iudiciū semel atq₃ iterū, quoties indiusum quid restat, intentari poterit: (a) pactis verò quādo bona fide, relictā vel translata possessione terminatū est, restaurari nequit. (b)

(a) l. per hoc 4. §. hoc iudiciū 2. h. t. (b) l. si inter vos 8. C. Com. vtriusque iud. argum. l. ab emptione § 8. in fin. de pact.

COROLLARIA.

I.

Diuisio extraiudicialis putatio heredi titulum ad vsucapiendum habilem non addit.

l. cum solus 29. de vsurp. & vsucap. Costal. in l. cum putarem 36. famil. ercisc.

II.

Is cui res pignorat a adiudicatur ceteris damnabitur pro parte pretij quo pignus obsignatum est, non pro parte aestimationis rei.

l. Communi diuidendo, §. inter eos 12. Communi diuid. Bart. & Costal. in l. si pignori 29. famil. erciscund.

III.

Expilata hereditatis crimen cum actione familiae erciscundae non facile concurrat.

l. aduersus 3. C. famil. ercisc. l. fin. C. de crim. expil. hered. vbi Cuiac. in parat. VVescemb. in parat. ff. cod.

153255

AB: 153255


(X2203998)


K



De legibus et constitutionibus Imperatorum





HESSES
FAMILIAE
 NDAE ET COM-
 VIDVNDO IV-
 DICIIIS.
 E CHRISTO, PRAESI-
 CONSULTSISSIMISQVE VIRIS
 Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-
 nt. Dictatore, & Fisco, in egregio
 nienfis Academiæ Iuridico
 legio publicè de-
 fendet
MVS PABSTIVS.
Iulij. CIJ. IJ. XCI.

 NIAE AGRIPPINAE
 AT PETRVS KESCHIDT. Gg

30

